



Occasionalia VI-183
potissimum Carmina
vol. 25
P-V

VI-183-

Q. B. V.

VIRO

Nobilissimo, Amplissimo, Excellentissimo,

DOMINO

**ERNESTO CHRISTIA-
NO SCHROEDERO,**

Mathematicum Inferiorum Prof. Publ.

et hoc tempore sui Ordinis DECANO

Spectatissimo,

Collegae Exoptatissimo,

cum

Lectissima & Ornatissima Virgine

MARGARETHA ELISABETHA

FLOERCKIA,

Vl. Idus Septembris

A. R. G. clb 15 CC XIII.

Sanctum Coniugii foedus sancienti

Hymenaeum canit

ORDO PHILOSOPHORVM

Academiae VVittebergenfis.



VVITTENBERGAE SAXONVM,

LITERIS CHRISTIANI SCHROEDERI, ACAD. TYR.



INuido nostras oculo Camoenas
Viderat fuetum celebrare sacrum,
Seu foret lucis Cytherea, siue
Nuncia noctis.

Viderat coeli uigilem renascens
Mane SCHROEDERVM numerare gyros,
Inque descripta, uelut Archimedem,
Ludere arena.

Viderat coecas cupidae per umbras
Cephei sponsam, et sobolem, iuuentae
Seque, praeberi, hoc duce, contuen-
dam
Et Ganymedem.

Protinus faeuas furibunda in iras
Surgit, et: *Nudae maribus Sorores*
Cernimur, nudae iuueni, uiroque,
Ludimur, inquit:

Quic-

*Quicquid ardentis tenet aether ignis
Armet in justam furor ultionem
Vrat et pectus male curiosum
Vindice flamma.*

Dixit: at mota fremit omnis ira
Turba Diuarum, meditata fraudem
Duplicat uerum, Venerem secuta,
Arte nitorem.

Tot novos coelo stupefactus ignes
Forte SCHROEDERVS patula fenestra
Suspicit, uisu et cupit insolenti
Lumina palci.

At simul Soli radiis propinqui
VIRGINIS fidus calidum tuetur,
Igneo inuertos animis ab astro
Concipit ignes.

Vrit exesos vagus ignis artus
Protinus, dulcemque adimit quietem,
Nec nouo quicquam medicina pro-
dest
Docta dolori.

It

It fui oblitus, redit, et cupitos
Reiicit libros, refugit sodales,
NOSTER, et quondam nimium Mathe-
fin

Odit amatam.

Sola, quae factos releuaret aestus,
VIRGO restabat prece mitiganda,
Huius optatas ruit ergo supplex
NOSTER in ulnas.

Flectitur uoto facilis, dataque
Dextera, foedus pia VIRGO firmat.
Ridet, et taedas Cytherea praefert
Ipsa iugales.

SPONSE, quod nostrum beneuertat o-
men!

Ducit e coelo tuus ignis ortum,
Ergo felices celebrabis aequo
Numine, taedas.

ms(o)ss
s

Ang. II 183

KD 18
KD 17



Q. B. V.

VIRO

Nobilissimo Amplissimo, Excellentissimo,

OMINO

CHRISTIA-
HROEDERO,

inferiorum Prof. Publ.

sui Ordinis DECANO

ectatissimo,

Exoptatissimo,

cum

Ornatissima Virgine

HA ELISABETHA

ERCKIA,

Idus Septembris


G. c. l. s. l. s. CC XIII.

niugii foedus sancienti

menaeum canit

ILOSOPHORVM

ae VVittebergenfis.



BERGAE SAXONVM,

ANI SCHROEDERI, ACAD. TYR.

